

rum quadraginta duorum millium, & quingentorum, ac octuaginta unius morapetitorum quolibet anno dictorum quinque annorum. Capitulum Ecclesie Carthagen. tribus prioribus annis, unius millionis, quadringentorum, & quinquaginta duorum millium, ac sexcentorum, & quinquaginta duorum morapetitorum. reliquis vero duobus annis quinquennii hujusmodi, unius millionis quingentorum, & quinquaginta quatuor millium, & ducentorum quadraginta septem morapetitorum. Capitulum Ecclesie Oriolen., quadringentorum, & quadraginta millium, & trecentorum, ac nonaginta septem morapetitorum quolibet anno dictorum quinque annorum. Capitulum Ecclesie Corduben., trium millionum, trecentorum, ac triginta duorum millium, ac centum, & octuaginta quinque morapetitorum quolibet anno dictorum quinque annorum. Capitulum Ecclesie Pacen., pro se, & sua Dioecesi, tribus prioribus annis, unius millionis, & sexcentorum, & nonaginta unius millium, & ducentorum, ac viginti unius morapetitorum, reliquis vero duobus annis quinquennii hujusmodi, unius millionis, sexcentorum novem millium, noningentorum, & decem morapetitorum. Capitulum Ecclesie Gaurien. pro se, & sua Dioecesi tribus prioribus annis, unius millionis, & septingentorum millium, ac octingentorum, & quinquaginta unius morapetitorum, reliquis vero duobus annis quinquennii hujusmodi, unius millionis, ac quingentorum, nonaginta novem millium, & ducentorum, ac quatuordecim morapetitorum. Capitulum Ecclesie Placentinæ, pro se, & sua Dioecesi, duorum millionum, & ducentorum, ac quadraginta novem millium, & septingentorum, ac viginti unius morapetitorum quolibet anno dictorum quinque annorum. Capitulum Ecclesie Giennen. pro se, & sua Dioecesi, tribus prioribus annis, unius millionis, & noningentorum, ac viginti morapetitorum, reliquis vero duobus annis quinquennii hujusmodi, duorum millionum, octuaginta quatuor millium, quadringentorum, & sexaginta octo morapetitorum. Capitulum Ecclesie Compofellan., pro se, & sua Dioecesi, tribus prioribus annis duorum millionum, & trecentorum, ac septuaginta novem millium, & ducentorum, ac octuaginta novem morapetitorum, reliquis vero duobus annis quinquennii, duorum millionum, quingentorum, & unius millium, ac ducentorum quinquaginta octo morapetitorum. Capitulum Ecclesie Burgen., pro se, & sua Dioecesi tribus prioribus annis, sex millionum, & octuaginta duorum millium, ac septingentorum, & unius morapetitorum, reliquis vero duobus annis quinquennii hujusmodi, quinque millionum, octingentorum, & viginti duorum millium, ac quingentorum, & sex morapetitorum. Capitulum Ecclesie Legionen. tribus prioribus annis duorum mil-

lionum, & sexcentorum, ac viginti sex millium, & septingentorum, ac viginti quatuor morapetitorum. reliquis vero duobus annis quinquennii, duorum millionum, quingentorum, & octuaginta sex millium, ac sexaginta novem morapetitorum. Capitulum Ecclesie Oveten., unius millionis, & duodecim millium, ac octingentorum, & viginti sex morapetitorum quolibet anno dictorum quinque annorum; Capitula Ecclesiarum Calaguritan., & Calceaten. pro se, & suis Dioecesibus, tribus prioribus annis, duorum millionum, quingentorum, & sex millium, ac quingentorum, & viginti septem morapetitorum, reliquis vero duobus annis quinquennii hujusmodi, duorum millionum, & sexcentorum, ac octo millium, centum, & septuaginta quatuor morapetitorum. Capitulum Ecclesie Astoricen., pro se, & sua Dioecesi, unius millionis, & ducentorum, ac triginta millium, & sexaginta octo morapetitorum, quolibet anno dictorum quinque annorum. Capitulum Ecclesie Segobien. pro se, & sua Dioecesi, tribus prioribus annis, duorum millionum, & septingentorum, ac octuaginta novem millium, & trecentorum, ac quinquaginta septem morapetitorum, reliquis vero duobus annis quinquennii hujusmodi, duorum millionum, sexcentorum, sexaginta septem millium, & trecentorum nonaginta unius morapetitorum. Capitulum Ecclesie Abulen. pro se, & sua Dioecesi tribus prioribus annis, trium millionum, & nonaginta duorum millium, ac septingentorum, & unius morapetitorum, reliquis vero duobus annis quinquennii hujusmodi, trium millionum, & quinquaginta duorum millium, ac quadraginta sex morapetitorum. Capitulum Ecclesie Oxomen. pro se, & sua Dioecesi, tribus prioribus annis, duorum millionum, & septingentorum, ac triginta duorum millium, & ducentorum, ac tresdecim morapetitorum, reliquis vero duobus annis quinquennii hujusmodi, duorum millionum, quadringentorum, & viginti septem millium, & ducentorum, ac nonaginta novem morapetitorum. Capitulum Ecclesie Aurien. pro se, & sua Dioecesi, unius millionis, & nonaginta quatuor millium, ac centum, & decem, & octo morapetitorum quolibet anno dicti quinquennii. Capitulum Ecclesie Lucen. pro se, & sua Dioecesi tribus prioribus annis, trecentorum, & decem millium, ac quadringentorum, & quadraginta morapetitorum, reliquis vero duobus annis quinquennii, trecentorum octodecim millium, ac quingentorum, & septuaginta duorum morapetitorum. Capitulum Ecclesie Mindonien. pro se, & sua Dioecesi, tribus prioribus annis, ducentorum, & octuaginta quinque millium, ac sexcentorum, & octo morapetitorum, reliquis vero duobus annis quinquennii hujusmodi, ducentorum nonaginta trium millium, & septingentorum, ac quadraginta morapetitorum. Capitulum Ecclesie Tuden. pro se, & sua Dioecesi,

si; tribus prioribus annis, quadringentorum, triginta sex millium, & quingentorum, ac septuaginta octo morapetitorum; reliquis vero duobus annis quinquennii hujusmodi, quadringentorum, quinquaginta quinque millium, & noningentorum, & quinquaginta morapetitorum. Capitulum Ecclesie Palentin. pro se, & sua Dioecesi, tribus prioribus annis, trium millionum, & septingentorum, ac triginta sex millium, & centum, & sexdecim morapetitorum; reliquis vero duobus annis quinquennii hujusmodi, trium millionum, sexcentorum, & quinquaginta millium, ac sexcentorum, nonaginta, & unius morapetitorum. Capitulum Ecclesie Vallisletan. pro se, & sua Dioecesi, tribus prioribus annis, unius millionis, & sexcentorum, ac septuaginta millium, & quingentorum quadraginta morapetitorum; reliquis vero duobus annis quinquennii hujusmodi, unius millionis, & sexcentorum, & tresdecim millium, quadringentorum, & nonaginta trium morapetitorum. Capitulum Ecclesie Civitaten. pro se, & sua Dioecesi, tribus prioribus annis, septingentorum, & quinquaginta quatuor millium, ac noningentorum, & unius morapetitorum; reliquis vero duobus annis quinquennii hujusmodi, septingentorum, quatuordecim millium, & ducentorum, ac quadraginta sex morapetitorum. Capitulum Ecclesie Gadicen. pro se, & sua Dioecesi sexcentorum, & quinquaginta novem millium, ac quingentorum, & quinquaginta novem morapetitorum. quolibet anno dictorum quinque annorum. Capitulum Ecclesie Granaten. pro se, & sua Dioecesi, tribus prioribus annis, unius millionis, & centum, ac triginta sex millium, & noningentorum, & octuaginta octo morapetitorum; reliquis vero duobus annis quinquennii hujusmodi, unius millionis, ducentorum, & quinquaginta octo millium, ac noningentorum, & quinquaginta septem morapetitorum. Capitulum Ecclesie Malacitan. pro se, & sua Dioecesi, tribus prioribus annis, unius millionis, & sexaginta quinque millium, ac trecentorum, & octuaginta septem morapetitorum; reliquis vero duobus annis quinquennii hujusmodi, unius millionis, & octuaginta septem millium, ac trecentorum, & quinquaginta sex morapetitorum. Capitulum Ecclesie Guadixen. pro se, & sua Dioecesi, tribus prioribus annis, trecentorum, & duorum millium, ac trecentorum, & viginti morapetitorum; reliquis vero duobus annis quinquennii hujusmodi, ducentorum, nonaginta quatuor millium, ac centum, & octuaginta octo morapetitorum. Capitulum Ecclesie Almerien. pro se, & sua Dioecesi, tribus prioribus annis, trecentorum, & triginta octo millium, ac noningentorum, & quadraginta octo morapetitorum; reliquis vero duobus annis quinquennii hujusmodi, trecentorum, viginti sex millium, & septingentorum, ac quinquaginta, & unius morapetitorum. Capitulum Ecclesie Pam-

pilonen. tribus prioribus annis, unius millionis, centum, & decem, ac novem millium, ac octingentorum, & quinquaginta novem morapetitorum; reliquis vero duobus annis quinquennii hujusmodi, unius millionis, & ducentorum, sexaginta duorum millium, ac centum, & quinquaginta quinque morapetitorum. Capitulum Ecclesie Canarien. pro se, & sua Dioecesi, tribus prioribus annis, quadringentorum, quadraginta septem millium, & noningentorum, ac quadraginta trium morapetitorum; reliquis vero duobus annis quinquennii hujusmodi, quadringentorum, octuaginta octo millium, ac sexcentorum, & duorum morapetitorum. Abbatia dell'Alfaro octuaginta novem millium, ac quingentorum, & octuaginta septem morapetitorum quolibet anno dictorum quinque annorum. Abbatia de Agreda centum, & quinquaginta sex millium, septingentorum, & octuaginta morapetitorum quolibet anno dictorum quinque annorum. Vicaria de Altadelite, centum, & septuaginta novem millium, & centum septuaginta septem morapetitorum, quolibet anno dictorum quinque annorum. Vicaria de Huefca centum, & triginta trium millium, octingentorum, quadraginta unius morapetitorum, quolibet anno dictorum quinque annorum. Abbatia de Vaza centum, & quinquaginta octo millium, centum, & viginti unius morapetitorum quolibet anno dicti quinquennii. Milites Militie Sancti Jacobi, duorum millionum, & noningentorum, ac undecim millium, sexcentorum, & triginta quatuor morapetitorum, quolibet anno dictorum quinque annorum. Milites Militie de Calatrava, duorum millionum, & centum, ac octuaginta trium millium, & septingentorum, ac vigintiquatuor morapetitorum quolibet anno dictorum quinque annorum. Milites Militie de Alcantara, unius millionis, noningentorum, & trium millium, ac septingentorum, & septuaginta morapetitorum, quolibet anno dicti quinquennii: qui quidem ducenti, quinquaginta mille Ducati ascendunt ad nonaginta tres miliones, & septingentos, ac quinquaginta mille morapetinos. Insuper, quod aliquis de comprehensis in prædicta concessione, & prorogatione, cujusvis dignitatis, præminentie, ordinis, & religionis existat, non eximetur a solutione rate illum tangentis dictorum ducentorum, & quinquaginta mille ducatorum quolibet anno, dictis quinque annis duraturibus: & quod, si Nos, aut dictus Philippus Rex eximeret aliquem ex dictis personis, vel Militibus, Ordinibus, aut quavis alia dignitate fulgent. sic comprehensis in dicta concessione, & prorogatione, idem Philippus Rex fieri mandet desuper justam restitutionem, recipiendo ab ipsis Ecclesiis ad suum computum defalcando ex dictis ducentis, & quinquaginta mille ducatis ratam tales personas, vel Milites tangentem. Rursus, quod qualibet persona cuiuscumque qualitatis, & dignitatis existant,

quæ percipiunt, & percipient pensiones comprehendendi debeant, ad effectum contribuendi ad instar aliorum reddituum decimium, in divisione hujusmodi ducentorum, & quinquaginta millium ducatorum, non obstante quacumque clausula, exemptione, prerogativa, aut donatione, & obligatione, etiam in forma Camere in sui favorem factis: Quodque decimæ, & tertiæ, quas idem Philippus Rex habet, & quocumque modo possidet, vel alias vendidit, aut oppignoravit, cum evictione, & immunitate, ac declaratione, quod sint, & esse debeant libera a divisione, & subdicio, & qualibet alia impositione apostolica remanere debeant libera, & salva a repartitione dictorum ducentorum, & quinquaginta millium ducatorum, absque eo quod hac de causa, vel aliqua alia, nisi ex contentis in præfenti Concordia, aliquid minuat ex summa ducentorum quinquaginta millium ducatorum hujusmodi; reliquæ vero tertiæ decimæ, & aliæ primitiæ per quascumque Ecclesias, Collegia, Universitates, Monasteria, & quascumque personas possessæ, & perceptæ, quocumque titulo, jure, consuetudine, seu privilegio fuerint, remaneant comprehensa, & contribuere debeant in dicta divisione ducentorum, & quinquaginta millium ducatorum hujusmodi, insuperque dictus Philippus Rex recipere debeat, & recipiat ad computum omne id, quod tanget, & fuerit iuste distributum mensis Archiepiscopilibus, & Episcopilibus dictorum Regnorum Castellæ, & Legionis, eadem Sede vacante, intuitu dictorum ducentorum, & quinquaginta millium ducatorum: quodque dictus Philippus Rex debeat mandare dari quascumque cedulas, & mandata solita, & necessaria, ad effectum, ut brachium seculare det, & præstet favorem, & auxilium ad executionem, & exactiorem dictæ divisionis prædictorum ducentorum, & quinquaginta millium ducatorum, & expensarum desuper faciendarum: Et ut negotia præfentem Concordiam tangentia non ducantur, aut trahantur ad Audientias regias per vim, neque in illis se intromittant. Præterea, ut pro parte dictorum Philippi Regis, & Status ecclesiastici prædictorum Regnorum, supplicetur Nobis, quod concederemus Breve, quo confirmaremus, & approbaremus dictam Concordiam, quam teneantur adimplere omnes Ecclesiæ dictorum Regnorum tam illæ, quarum Procuratores ibi aderant, quæ majorem partem constituunt, quam illæ, quæ Procuratorem non habebant: sicque non se subscripserunt. Rursus, quod Judices Commissarii apostolici exequutores generales dictæ concessionis, & prorogationis, dent, & dare debeant provisiones, & subdelegationes Judicum, & reliqua omnia necessaria ad executionem dictorum ducentorum, & quinquaginta millium ducatorum, & expensarum Quodque omnia debita, quæ debentur Capitulo, vel Dignitati, aut Canonico exigi possint a Judicibus subdelegatis, si tamen

tale debitum sit de fructibus, vel redditibus, super quibus est impositum, & oneratum prædictum excusatum: & subdelegati sint de Capitulis, Dignitatibus, & Canonicis, & non alii, ut moris est; & quoties ad dictos Commissarios subdelegatos fuerit appellatum per viam gravaminis, quo aliquis se læsum prætendat ex dicta divisione, & repartitione, si Iudex desuper aliquid ordinaverit, nihilominus interim non suspendat solutionem, neque impediat subdelegatis executionem exactiorem, & super omnibus iustitiam administrent, & alias prout in publico desuper a dilecto filio Joanne de Talavera Scriba Regio, & publico Notario sub die 17. Julii 1613. confecto instrumento, plenius dicitur, contineri.

§.3. Cum autem tam Philippus Rex, quam Capitula, & Status Ecclesiastici Regnorum Castellæ, & Legionis hujusmodi cupiant, Concordiam prædictam pro illius majori validitate, apostolice confirmationis robore communitri, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

§.4. Nos, qui honestis Regis, & Capitulorum votis libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis, eundem Philippum Regem, ac singulas personas Capitulorum hujusmodi a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdictionis, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, nec non Concordiæ, & Instrumenti prædictorum veriores tenores præsentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Concordiam hujusmodi, & inde sequuta quæcumque, etiam si ad exactiorem pecuniarum in eadem Concordia contentarum, etiam ante hujusmodi nostram confirmationem, in totum, vel in partem sit processum, auctoritate apostolica, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque perpetuæ, & inviolabilis apostolice firmitatis robur adiciimus: suppletes omnes, & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui forsitan intervenerint in eisdemque, ac tam quoad Capitula, quæ nullo modo prædictis Concordiæ, & distributioni interfuerunt, nec illis consenserunt, etiam si Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales fuerint, Ecclesias, & alia Beneficia possidentes, nec non Decimas, Primitias, & alio fructus in dicta Concordia expressos exigentes, valida, & efficacia esse, & per eos omnes inviolabiliter observari debere, illisque ad illorum omnium observationem, & solutionem, omnibus viis, ac juris, & facti remediis cogi, & compelli posse, & debere decernimus: Absolventes etiam, si opus fuerit tam ipsum Philippum Regem, quam quascumque ejus Ministros, nec non quascumque Ecclesiasticas tam sacula-

Partes eam petunt confirmari.

Confirmat Pontifex.

res, quam regulares personas a quibusvis censuris, & pœnis, si quas propter præmissa quomodolibet incurrerint, etiam si irregularitatem aliquam inciderint, ac Missas, & alia divina Officia interim, non tamen in contemptum clavium celebraverint, super qua irregularitate hujusmodi sic per eos forsitan quomodolibet incurfa, harum serie dispensamus, nec propterea fructus Ecclesiarum, & Beneficiorum obtentorum suos non fecisse dici, aut censeri posse declaramus, ac ab eis omnem inhabilitatis maculam, sive notam, si quam propter præmissa quomodolibet incurrerint, abolemus, eosque in pristinum, & eum, in quo ante præmissa quomodolibet, erant statum, in omnibus, & per omnia restituimus, reponimus, & plenarie reintegramus, ac restitutos, repositos, & plenarie reintegratos per præfentes nunciamus.

§.5. Cæterum ad obviandum litibus, & controversiis, quæ inter personas ecclesiasticas oriri possent, harum serie declaramus, ad contributionem solutionum hujusmodi Concordiæ vigore faciendarum, Monasteria, & alia Loca Pia, quocumque respectu, etiam eorundem bonorum, quæ vulgo dicuntur *della Branza*, & *Crianza*, quæ videlicet pro usu, & victu personarum eorundem Monasteriorum, & Piorum Locorum inserviunt, teneri, & obligatos fore declaramus:

§.6. Sicque in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Iudices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam Sacri Palatii Apostolici Auditores, etiam ejusdem S. R. E. Cardinales, ubique judicari, & definiri debere, & irritum, ac inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§.7. Et nihilominus Venerabili Fratri moderno, & dilectis filiis nostro, & Apostolice Sedis apud dictum Philippum Regem nunc, & pro tempore existenti Nuncio, & Commissario Generali Cruciate in Regnis prædictis, per præfentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel alter eorum per se, vel alium, seu alios præfentes Literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte dicti Philippi Regis, & singularum personarum prædictarum fuerint requisiti, ad executionem eorum omnium, quæ in dicta Concordia continentur, procedant, & per eos, ad quos spectat, eandem observari curent, & faciant: nec non eisdem Nuncio, & Commissario generali injungimus, quod ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte dicti Philippi Regis, & singularum personarum prædictarum fuerint requisiti, ad executionem eorum omnium, quæ in dicta Concordia continentur, procedant, & per eos, ad quos spectat, eandem observari curent, & faciant, nec non eisdem Nuncio, & Commissario generali injungimus, quod ubi, & quoties super re

partitione, & aliis in dicta Concordia contentis, aliquas differentias exortas fuisse compererint, illas absque retardatione solutionis juxta repartitionem jam factam, & faciendam, iudicio eorum æquabili, componant compositione, & terminent, iustitiam partibus ministrando: Nos enim tam præmissa peragendi, quam quid quid super præmissis statuerint, omni, & quacumque appellatione remota, executioni debite demandandi; nec non Contradictores quoslibet, & rebelles per opportuna juris, & facti remedia, ac demum per sententias, censuras, & pœnas ecclesiasticas, appellatione postposita, compescendi, legitimisque super his habendis, servatis processibus, sententiis, censuris, & pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, auxilium brachii secularis invocandi, plenam, & liberam facultatem concedimus.

§.8. Non obstant. fe. rec. Bonifacii Papæ VIII. Prædecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, legibus etiam municipalibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogationibus, aliisque jeficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, & de apostolice potestatis plenitudine, ac aliis quomodolibet, etiam iteratis vicibus concessis, approbatis, & innovatis; Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, & expressa mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum infererentur, præsentibus pro expressis habentes, illis aliis in suo robore permanfuris, hac vice dumtaxat, harum serie, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque: nec non omnibus illis, quæ in dicta concessione primæ Decimæ hujusmodi expressum est non obfata: seu si aliquibus communiter, vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per literas apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

§.9. Cæterum eisdem S. R. E. Cardinales tantum, quibus pensiones annuæ super fructibus Ecclesiarum Cathedralium, aut Metropolitanarum, & aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum reservata, seu ipsi fructus, vel eorum pars loco pensionum reservati reperiuntur, a præmissa contributione, quoad ipsas pensiones, & reservationes fructuum, volumus exemptos esse.

§.10. Quodque præsentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii

Derogatio contratiorem

Cardinales a solutione exempti.

Transumptis data fides.

Et in ea etiam Monasteria, & Pia loca comprehendendi declar.

Clausula.

Exequutores designati.

publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ ipsi originalibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 31. Octobris 1614. Pont. nostri Anno X. (a)

CCXXXIX.

Renovatio Constitutionum Clementis Papæ VIII. circa Officium duorum Assistentium Prioris generalis Ordinis Eremitarum S. Augustini, una cum earum declarationibus.

De hoc Ordine habes etiam hic supra Constitur. CCXXXI. Pastoralis fol. 150.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Provisionis nostræ debet provenire subsidio, ut jus suum unicuique conservetur. Proinde nos tenorem quarundam litterarum in forma Brevis sel. record. Clementis Papæ VIII. Prædecessoris nostri super deputatione, ac Officio duorum Assistentium Prioris generalis Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini pro tempore existentium, confectarum in Secretaria nostra, tunc ipsius Clementis Prædecessoris reperiuntur, ex minuta originali de verbo ad verbum transcribi, & presentibus annotari fecimus, pro eo quod huiusmodi tenore dilecti filii Joannes Vincentius Spinula Genuensis, ac Alphonsus Nunio de Andaluca dicti Ordinis professores, & dilecti etiam filii Nicolai a Sancto Angelo ejusdem Ordinis Prioris generalis Assistentes, se indigere nobis significari fecerunt: qui quidem tenor talis est, videlicet.

§. 1. Clemens Papa VIII., ad perpetuam rei memoriam. De prospero Regularium Ordinum, & personarum statu, & regimine, pro nostri pastoralis officii debito sollicitè cogitantes, ad ea libenter intendimus, per quæ recta, & felix, quam quærimus, gubernandi ratio inducatur.

§. 2. Cum itaque sacras religionum Domos in Ecclesia Dei, a Sanctis Patribus pie, sancteque institutas, quæ unius Superioris gubernio subsunt, majores in via mandatorum Domini progressus facturas confidamus, quando eidem Superiori viri aliqui religionis zelo, morum exemplo, rerumque experientia præstantes, ad gubernii onus sustinendum, consilarii adjungantur, & adjuvatores assistant. Nos, qui Religiones ip-

(a) Eodem anno, ac die Paulus Pontifex aliam ejusdem generis Concordiam inter Philippum III. Regem, & Clerum Castellæ, & Legionis super altero subsidio quadragesimorum, & viginti millium ducatorum ratam habuit; Constitutionem autem omnimodis, expressam quippe eisdem verbis etc.

fas nostris temporibus, restituta in his pristina regularis discipline norma, & observantia, pietate, charitate, zelo, sanctitate, aliisque regularibus virtutibus fulgere maxime cupimus, id attente considerantes, & Ordinem Sancti Augustini Fratrum Eremitarum nuncupatum, quem in visceribus gerimus charitatis, paterne respicientes, ipsius superiori levamento fore ad ejus Ordinis, qui benedicente Domino quasi secundus ager uberes fructus emittens, per universi christiani Orbis partes copiosè diffusus est, curam gerendam, & regiminis pondus sustinendum, Ordini vero commodum, & utilitatem non modicam aliquorum Assistentium, præstantium scilicet Religiosorum, operam allaturam judicavimus.

§. 3. His igitur, & aliis rationabilibus de causis, quas mature, ac diligenter perferotati sumus, adducti, hac nostra, quam perpetuo valere volumus, Constitutione decernimus, ut in ipso Ordine Sancti Augustini duo ex ejusdem Ordinis Patribus, Prioris generalis Assistentes nuncupandi, in perpetuum constitui, & deputari debeant, qui Assistentes (hac prima vice dumtaxat excepta, qua nos ipsi illos, ut infra, deputare volumus) in Capitulo generali ejusdem Ordinis deputentur: eorum vero alter Citramontanus, alter Ultramontanus, sed uterque in sacra Theologia Magister, ac Sacerdos, & in quadragesimo saltem sue ætatis anno constitutus, vitæque innocentia, rerum usu, ac doctrina maxime commendatus esse debeat, quorum consilio Prior generalis, ut facilius, & accuratius universa Ordinis negocia, quæ ad suum pertinent officium, expedire possit, assidue uti debeat, ipsique Assistentes in decernendis Ordinis negociis perpetuo eidem assistant, illumque, quocumque ierit, comitentur, & associant, & Generalis ipse absque eorum consilio nihil decernere valeat.

§. 4. Ipsorum Assistentium officium ad sexennium tantum duret, quo finito alii duo similes in Capitulo generali huiusmodi, ut prædicitur, eligi debeant. Sed si intra sexennium Assistentes prædicti, aut alter eorum decesserint, vel ipsorum officium per dimissionem, vel amissionem, aut alias quomodocumque vacare contigerit, tunc aliorum Assistentium, qui usque ad tunc futurum generale Capitulum durent, in deficientium locum subrogatio, & electio ad Romanum Pontificem, Sedemque Apostolicam spectet, & reservata existant.

§. 5. Assistentes huiusmodi eorum officio durante Sedi Apostolicæ immediate subiecti sint.

§. 6. Si vero interim crimen aliquod, quod ablit, commiserint, propter quod eorum officio de jure privandi sint, tunc processus informativus contra illos a Priore generali, de licentia tamen Cardinalis Protectoris ipsius Ordinis, fieri, & ad Romanum Pontificem pro tempore existentem, Sedemque prædictam transmitti debeat, ad quos ejus cause cognitio, & definitio pertineat. Exacto vero Assistentis officio,

Instituto duorum Assistentium Prioris generalis.

Eorum electio ad quem spectet.

Sedi Apostolicæ immediate subiecti.

De crimine ut iniquitatur.

ficio, Priori generali immediate subiecti remaneant.

§. 7. Hi præterea Assistentes in omnibus prædicti Ordinis negociis votum habeant consultivum. Priorque generalis pro illorum expeditione bis in hebdomada ipsis Assistentibus negocia huiusmodi communicare, eorumque consilium super illis requirere debeat. In quibusdam tamen gravioribus casibus, veluti in Vicarii Generalis nominatione, Provincialium privatione, aut legum Statutorum, & decretorum, quæ ad universum Ordinem spectent, promulgatione, in Commissariis Generalibus alicubi instituentis, Visitatoribus Provincialium deputandis, poena triennium, & carceris ultra annum, aut exilii ultra biennium irroganda, aut vocis activæ, & passivæ privatione, aliisque similibus, si Assistentes prædicti fuerint concordēs, & in voto contrario prædicti Generalis, tunc sine retardatione executionis voti ipsius Prioris generalis ejus rei cognitio ad Sedem Apostolicam devolvatur: si vero contingat vota esse diversa, tunc ea sententia præferatur, quæ a Generali magis probabitur.

§. 8. Cæterum iidem Assistentes pro tempore, dum eo munere funguntur, in quibuscumque locis, & actibus ejusdem Ordinis locum habeant immediate, præsentem Priore generali, ante omnes alios Priores Provinciales, & etiam Procuratorem Generalem Ordinis, absente vero Priore generali, locum post ipsum Generalem Procuratorem, sed ante omnes alios habere debeant. Finito vero officio habeant locum immediate post Assistentes pro tempore existentes.

§. 9. Utque pro ejus muneris qualitate congrue sustentari possint, eidem Assistentibus, dum in officio fuerint, congrua ad eorum sustentationem stipendia ex communibus Provincialium, & Domorum ejusdem Ordinis redditibus, per Cardinalem Protectorem, & Priorem generalem prædicti Ordinis decernenda, & stabilienda assignari debeant, & per eos exigi, & in eorum usum, & utilitatem converti possint.

§. 10. Hac igitur prima vice dilectos filios Jacobum de Cortona, & Petrum Manriquez ejusdem Ordinis professores, & in sacra Theologia Magistros, in prædicti Prioris generalis Assistentes, Jacobum nimirum nationis Citramontanæ, & Petrum Ultramontanæ, pro primo sexennio, auctoritate Apostolica, tenore presentium, constituimus, & deputamus.

§. 11. Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis, & privationis vocis activæ, & passivæ, aliisque arbitrii nostri poenis, moderno, & pro tempore existenti dicti Ordinis Priore generali, ac universis, & singulis aliis Superioribus, & Religiosis, ut præsentibus literas, & in eis contenta quæcumque observent, & ab omnibus, ad quos spectat, observari curent, & faciant, nec a quoquam molestari patiantur tam prædictos a nobis electos, quam pro tempore futuros Assistentes huius-

modi, sed illos eorum officio fungi, ac omnibus, & singulis præmissis pacificè frui, & gaudere permittant, & faciant.

§. 12. Non obstantibus Apostolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel specialibus, Constitutionibus, & ordinationibus, dictique Ordinis, etiam juramento, confirmatione, apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis eidem Ordini, Priori generali, & aliis Superioribus, & personis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, approbatis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum, sub Annulo Piscatoris die 5. Junii, millesimo quingentesimo nonagesimo tertio Pontificatus nostri Anno Secundo.

§. 13. Cæterum, ut earundem litterarum tenor sic insertus omnimodam rei, seu facti certitudinem faciat, apostolica auctoritate decernimus, ut illud idem robur, eademque vim, & eundem vigorem dictus tenor in omnibus, & per omnia habeat, quem haberent literæ originales prædictæ, ac eadem prorsus eidem tenori fides adhibeatur quomodocumque, & ubicumque in iudicio, sive alibi, fuerit exhibitus, vel ostensus, ac illi pariter stetur, sicut eidem literis originalibus staretur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Per hoc autem nullum jus cuiquam de novo acquiri volumus, sed antiquum tantummodo conservari.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 27. Novembris, millesimo sexcentesimo decimoquarto, Pont. Nostro Anno Decimo.

Sequitur Innovatio alterius Constitutionis Clementis VIII.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Provisionis nostræ debet provenire subsidio, ut jus suum unicuique conservetur. Proinde nos tenorem quarundam litterarum in forma Brevis sel. rec. Clementis Papæ VIII. Prædecessoris nostri super deputatione, ac officio duorum Assistentium Prioris Generalis Ordinis Frat. Eremitarum S. Augustini pro tempore existentium confectarum, in Secretaria nostra, tunc ipsius Clementis Prædecessoris reperiuntur, ex minuta originali de verbo ad verbum transcribi, & presentibus annotari fecimus, pro eo quod huiusmodi tenore Dilecti filii Joannes Vincentius Spinula Genuensis, ac Alphonsus Nunio de Andaluca dicti Ordinis professores, & dilecti filii Nicolai a Sancto Angelo ejusdem Ordinis Prioris generalis Assistentes, se indigere nobis significari fecerunt, qui quidem tenor talis est, videlicet. Clemens Papa Octavus, Ad perpetuam rei memoriam.

§. 14. Quæ a nobis aliàs provide statuta, & or-

Derogatio contrarium.

Constitutio innovatur.

Dat. die 27. Nov. 1614. An. X.

Procurium.

Prioris Generalis, & Assistentium præces.

Clementis VIII. literæ.

Exordium.

Procurium.

Prior Generalis, & Assistentes Clementis litteras petente innovari.

Clementis VIII. Constitutio.

Exordium d. Constitutionis Clem. VIII.

& ordinata sunt, firmiter perpetuo observari cupientes, ea, cum opus est, confirmamus, & innovamus, prout in Domino salubriter conspicimus expedire. Cum itaque alias pro feliciore regimine Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini, decreverimus, ut in ipso Ordine S. Augustini duo ex eisdem Ordinis Patribus in Prioris Generalis Assistentes nuncupandi in perpetuum constitui, & deputari deberent, qui &c. *Omissa relationis quia ipsa Bulla est quae praecedat sup. §. 1. & seqq.*

§. 15. Cum autem Capitulum generale praedicti Ordinis Eremitarum S. Augustini, in proximo futuro Festo Pentecostes Romae Deo favente celebrandum sit; Nos praemissa omnia juxta ordinationem nostram hujusmodi tam in praedicto Capitulo, quam deinceps in perpetuum, observanda esse censentes, litterarumque praedictarum tenorem, ac si ad verbum insereretur, praesentibus pro expresse habentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac mera deliberatione nostra, deque Apostolica potestatis plenitudine, praedictas litteras, ac omnia in illis contenta de novo, quatenus opus sit, perpetuo confirmamus, approbamus, & innovamus, ac juxta illarum seriem, & tenorem in praedicto futuro, & aliis Capitulis generalibus praedictos duos Assistentes, alterum ex Citramontana, & alterum ex Ultramontana natione eligi, & deputari, aliaque praemissa in omnibus, & per omnia observari, & executioni demandari statuimus, & ordinamus. Mandantes propterea in virtute sanctae obedientiae Praesidenti, ac Definitoribus, & Fratribus vocalibus ejusdem Capituli generalis, caeterisque ad quos spectat, & in futurum spectabit, ut praemissa omnia observent, & observari curent, & faciant.

§. 16. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis praedicti, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, ac omnibus illis, quae in praedictis litteris volumus non obstat, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Anconae sub Annulo Piscatoris die 27. Aprilis 1598. Pontificatus Nostri Anno Septimo.

§. 17. Ceterum, ut earumdem litterarum tenor sic insertus, omnimodam rei, seu facti certitudinem faciat, Apostolica auctoritate decernimus, ut illud idem robur, eandemque vim, & eundem vigorem, dictus tenor in omnibus, & per omnia habeat, quem habent litterae originales praedictae, ac eadem prorsus eidem tenori fides adhibeatur, quandoquaque, & ubicumque, in judicio, sive alibi, ubi fuerit exhibitus, vel ostensus, ac illi pariter stetur, sicut eisdem litteris originalibus staretur, si forent exhibitae, vel ostensa. Per hoc autem nullum jus cuiquam de novo acquiri volumus, sed antiquum tantummodo conservari.

Datum Romae apud S. Mariam Majoris, sub Annulo Piscatoris, die 27. Novembris 1614. Pont. Nostri Anno Decimo.

Referret praecedens Constitutio.

Cujus omnia exequutio praecipitur.

Quibuscumque non obstantibus.

Paulus praedictas Clementis litteras renovat.

Dat. die 27. Nov. 1614. An. X.

Opportunum duxi hic subinserere, quae circa praedictam primam Clementis VIII. Constitutionem Cardinalis Ordinis Protector consulto eodem Pontifice declaravit.

Antonius tituli Sancti Stephani Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyter Cardinalis Saulius nuncupatus, ac totius Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Protector. Dilectis nobis in Christo Patribus, Magistro Andrea Fivizzano Priori Generali, Procuratori totius Ordinis, Provincialibus, Definitoribus, Prioribusque localibus, ac caeteris omnibus ejusdem Ordinis Fratribus, salutem &c.

§. 16. **C**um alias mensibus proxime elapsis, Sanctissimus Dominus Noster Clemens Papa VIII. pro bono regimine, ac faciliore totius Ordinis Eremitarum Sancti Augustini gubernio, per Breve Apostolicum duos viros probos, ac experientia praestantes dilectos Patres, videlicet Magistrum Jacobum Cortonensem Italum, & Magistrum Petrum Manriquez Hispanum, Reverendo Patri Priori Generali adjunxerit, & in Assistentes deputaverit, quorum consilio, & voto Prior ipse generalis universa Ordinis negotia, quae ad suum pertinent officium, accuratius expedire posset, & valeret, cum auctoritate, stipendio, & praerogativa quadam, de quibus in dicto Brevi sub Annulo Piscatoris confecto die quinta Julii 1593. latius continetur, ad quod &c.

§. 17. Cum sit etiam, quod eo publicato, circa nonnulla in dicto Brevi contenta, quae non modicam perturbationem in toto Ordine generari posse videbantur, dubitari contigerit, quae tum ipsi perpeximus, tum ab aliis admoniti fuimus.

§. 18. Et propterea ad tollendas omnes dubitationes, mentesque, ac animos nonnullorum sedandos, praefatum Sanctissimum Dominum Nostrem consulendum duximus, ut voluntatem suam Nobis in omnibus patefaceret. Qui specialiter in infrascriptis Nobis viva vocis oraculo mentem suam declaravit, & expressit, numquam suae intentionis fuisse, nec esse quoad praecedentiam dictorum Assistentium, qui de praesenti sunt, & in posterum erunt, finito eorum officio post sexennium, velle in aliquo praedictae Priori Generali ipsius officio functo, vel dimisso, vel absoluto ab eo, nec Generali Procuratori totius Ordinis, dum fuerit in actu suae procuracionis, minusque Provincialibus actu existentibus in sua Provincia, nec Definitoribus in Definitorio ipso actu permanentibus, nec etiam Prioribus localibus Conventuum generalium in suo Conventu actus Priorales exercentibus. Sed illam clausulam ibi: Finito autem officio &c. quoad locum, quem habituri sunt inter fratres dicti Assistentes, ita intelligendam esse, ut post sexennium, finito eorum officio, praefati Assistentes praecedere debeant omnes, & quoscumque fra-

Cardinalis Saulius Protector Ordinis referret praecedentes Clementis VIII. Constitutiones.

Et etiam nonnulla dubia super exco-

Desinde consulto prius Pontifice declarare primum dubium circa praecedentiam Assistentium praedictorum.

fratres, cujuscumque sint gradus, ordinis, dignitatis, honoris, & conditionis, exceptis supradictis, Priore Generali ab ejus officio absoluto, Procuratore totius Ordinis suum officium actu exercente, Provincialibus in sua Provincia cum effectu existentibus, Definitoribus actu in ipso Definitorio permanentibus, ac Prioribus localibus Conventuum generalium Priorales actus in suo Conventu pertractantibus. Qui omnes in concurrenti casu dictos Assistentes, eorum officio finito, praecedere debeant, & non aliter. In caeteris omnibus dicto Brevi in suo robore inviolabiliter permanente.

§. 19. Quo vero ad stipendia praefatis Assistentibus pro eorum congrua sustentatione ex communibus totius Ordinis redditibus assignanda, & in ipsorum usus convertenda, idem Sanctissimus Dominus Noster declaravit, suae intentionis pariter fuisse, & esse, ne detur locus proprietati, & ad hujusmodi suspicionem penitus tollendam, per eosdem Assistentes, ea lege, & hac conditione dicta stipendia exigi possent, ac in suos usus, utilitatemque dicto sexennio durante converti, dummodo eorum officio finito in Capitulo generali de habitibus, & receptis, expensisque per eos factis fidelem computum reddant, cum reliquorum satisfactio, & effectuali consignatione eorum, quae supererunt, quaeve non expensa, vel male erogata apparebunt, ad quae omnia peragenda voluit, eisdem omnino teneri, & obligatos esse.

§. 20. Hanc igitur Sanctissimi Domini Nostri voluntatem, declarationem, intentionem, ac mentis ipsius attestationem, ne de caetero super his dubitari contingat, vobis omnibus notum fieri cupientes, has nostras patentes litteras manu nostra signatas, & sigillo parvo munitas, vobis exarandas, scribendasque curavimus. Vobis omnibus auctoritate nostri officii, immo verius Sanctissimi Domini Nostri viva vocis oraculo Nobis facto, districtius praecipiendo, ut praedicta omnia observetis, ac inviolabiliter a caeteris omnibus observari mandetis, atque curetis. Valet in Domino.

Datum Romae in Palatio nostra solite Residentiae, §. Idus Novembris Anno Domini 1593.

Decretum Capituli Generalis Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, Recineti Anno Domini 1602. Praesidente Illustris. ac Reverendis. D.D. Octavio S. R. E. Cardinali Bandino celebrati, circa officium duorum Assistentium.

§. 21. **N**e dignitatis memoria post officii functionem sordescat, visis litteris Illustris. ac Reverendis. Domini D. Antonii Cardinalis Saulii Ordinis nostri Protectoris, ad Illustris. ac Reverendis. Dominum D. Octavium Cardinalem Bandinum, sub 23. Aprilis hujus anni, declaratur, quod tam Reverendis. Pater totius Ordinis Vicarius Generalis Apostolicus, quam Reverendi Patres Assistentes, post ab-

Et sexennium circa eorum stipendium.

Et hujusmodi declarationes servari praecipitur.

Capitulum Generale circa Officium Assistentium decretum hic.

1614. An. X.

ditionem officiorum, jus habeant ferendi suffragium in Comitibus generalibus, & loco post electos potiantur. Quod perpetuis temporibus servandum decernitur. Nova autem Patrum Assistentium electio ad Definitorium generale pertineat.

CCXL.

Clero Saeculari Civitatis, totiusque Regni Novae Hispaniae in Indiis ubique competit praecedentia super Clerum Regularem, etiam in propriis Ecclesiis, & Conventibus quorumcumque Regularium.

Ven. Fratri Archiepiscopo Mexican.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ven. Frater salutem, & apostolicam benedictionem.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Decanus, Capitulum, & Canonici Ecclesiae Mexicanae, quod in Civitate Mexicana in novo Hispaniae Regno in Indiis, nonnulli Monachi, & alii Regulares etiam Ordinum Mendicantium pretendunt, Clerum Saecularem in publicis processibus praecedere.

§. 2. Nos pro nostri Pastoralis Officii debito utriusque Cleri Saecularis, & Regularis quieti consulere, & omnium controversiarum occasionem inter eos, quantum cum Domino possumus, removere cupientes, supplicationibus Decani, Capituli, & Canonorum praedictorum Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium super Sacris Ritibus, & Coeremoniis deputatorum consilio Fratemitati tuae per praesentes committimus, & mandamus, ut in Civitate Mexicana, & toto Regno Novae Hispaniae in Indiis, Regulares tam Monachos, quam Fratres quorumcumque Ordinum, etiam Mendicantium in processibus, & aliis publicis actibus non debere Clerum Saecularem praecedere, neque cum eis mixtim incedere, sed Clerum Saecularem praedictum in omnibus locis, etiam in propriis Ecclesiis, & Conventibus Monachorum, & Fratrum, aliorumque Regularium quorumcumque praerendum esse, & praecedere debere: etiam si aliquando ex saecularium indulgentia, aut humanitate, seu alia forsitan de causa secus factum fuerit, & quancumque contrariam consuetudinem tamquam abusum corrigendam esse, & ubique locorum in partibus praedictis observari debere, prout generaliter in universali Ecclesia juxta dispositionem libri Coeremonialis servatur, & specialiter servari mandatum fuit a fel. rec. Clemente Papa VIII. Praedecessore nostro in Regnis Castellae, & Legionis.

§. 3. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, subla-

Ex Regest. in Secret. brev.

In Regno Mexicano Regulares praecedentiam sibi arrogat super Clerum saecularem.

Decretum de quo in Rubrica.

Classica.

sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter
judicandi, & interpretandi facultate, &
auctoritate, iudicari, & definiti debere,
ac irritum, & inane, quidquid secus su-
per his a quoquam quavis auctoritate scien-
ter, vel ignoranter contigerit attentari,
auctoritate nostra decernas, & declares.

Archiepisco-
po Mexicano
ejusdem De-
creti execu-
tionem deman-
dat.

§.4. Ac contraditores quoslibet, &
rebelles, nec non Decreto, & declarati-
oni per te vigore presentium facien. non
parentes, cujuscumque dignitatis, status,
gradus, ordinis, & conditionis fuerint, per
censuras, & poenas ecclesiasticas, aliaque
opportuna juris, & facti remedia appella-
tionis postposita cogas, & compellas, in-
vocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio
brachii secularis, super quo Tibi plenam,
liberam, & amplam facultatem, eadem
auctoritate, tenore presentium, concedimus,
& impertimur.

Obstantibus
derogatur.

§.5. Non obstantibus scilicet: Bonifacii
Papae VIII. Praedecessoris nostri de una, &
in Concilio generali edita de duabus, dum-
modo ultra tres dietas aliquis auctoritate
presentium ad iudicium non trahatur, aliis-
que Constitutionibus, & ordinationibus apo-
stolicis, necnon Ordinum praedictorum etiam
juramento, confirmatione apostolica, vel
quavis firmitate alia roboratis statutis, &
consuetudinibus, privilegiis quoque, Indul-
tiis, & decretis in contrarium praemisso-
rum quomodolibet concessis, confirmatis,
& innovatis. Quibus omnibus, & singulis,
eorum omnium tenores presentibus pro
plene, & sufficienter expressis, & ad ver-
bum insertis habentes, illis alias in suo ro-
bore permanentibus, hac vice dumtaxat specia-
liter, & expresse derogamus, ceterisque
contrariis quibuscumque.

Fides danda
transumptis.

§.6. Volumus autem, ut presentium
transumptis etiam impressis manu Notarii
publici subscriptis, & Sigillo alicujus per-
sonae in dignitate ecclesiastica constituta
munitis, eadem prorsus fides ubique ha-
beatur, quae presentibus haberetur, si for-
rent exhibitae, vel ostensa.

Dat. die 1.
Dec. 1614.
An. X.

Datum Romae apud Sanctam Mariam
Majorem sub Annulo Piscatoris die prima
Decembris 1614. Pontificatus nostri An-
no X.

CCXLI.

Ex Regest. in
Secret. brev.

Confirmatio Decreti Concilii Constantien-
sis contra asserentes, licere inferre ma-
nus Tyrannus.

PAULUS PAPA V.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium a
materia ipsa
desumptum.

Ura dominici gregis per abundan-
tiam divinae gratiae humilitati nostrae
commissa impigre nos semper, & his praeci-
pue calamitosi temporibus invigilare co-

git, ut pastoralis sollicitudine diabolicae ver-
suta conatus destruantur, & ii maxime,
quibus sub ipso boni, seu liciti operis titulo
incautos fallit, vel eos, qui sunt intrinsecus
lupi rapaces, ovium vestimentis praetexit,
salutemque Principum, unde publica tran-
quillitas pendet in discrimen vocare moli-
tur; Adversus quam rerum perniciem, etsi
Ecclesiasticis decretis satis provisum est;
tamen quoniam temporum conditio, & rei
gravitas postulant, nostraque in catholicos
Principes paterna caritas requirit, ut
quorum salutem sinceris desideramus affe-
ctibus, & a Domino incessanter exposci-
mus, eorum securitati, quantum in Domino
possumus, consulamus, amplius providen-
dum duximus.

Concilii Con-
stantiensis De-
cretum con-
tra manus ini-
cuentes in Ty-
rannos refert.

§.1. Itaque, ut eorum nefarium, &
execrandum scelus, qui impias manus Prin-
cipum salutem quomodolibet attentare dia-
bolica praesumptione non verentur, ab
Ecclesia Catholica, quantum ex alto con-
ceditur, ablegetur, & omnis aditus frau-
dibus, & vesanis erroribus pracludatur;
Concilii Constantiensis declarationem, de-
cretum, ac definitionem circa doctrinam
de nece tyranni editam tenoris hujusmodi:
Praecipua sollicitudine volens haec Sacro-
sancta Synodus ad extirpationem errorum,
& haereseum in diversis mundi partibus in-
valescentium providere, sicut tenetur, &
ad hoc collecta est; nuper accepit, quod
nonnullae asseriones erroneae in fide, &
bonis moribus, ac multipliciter scandalo-
se, totiusque Reipublicae statum, & ordi-
nem subvertere molientes, dogmatizatae
sunt, inter quas haec assertio clata est:
Quilibet tyrannus potest, & debet licite, &
meritorie occidi per quemcumque vassallum
suum, vel subditum, etiam per claustrales
insidias, & subtiles blanditias, vel adu-
lationes, non obstante quocumque praestito
juramento, seu confederatione factis cum
eo, non expectata sententia, vel mandato
iudicis cujuscumque. Adversus hunc erro-
rem fatagens haec Sancta Synodus insur-
gere, & ipsum funditus tollere, praehabi-
ta deliberatione matura, declarat, decer-
nit, & definit, hujusmodi doctrinam er-
roneam esse in fide, & in moribus, ipsam-
que tanquam haereticam, scandalosam, &
ad fraudes, deceptiones, mendacia,
proditiones, perjurias vias dantem, re-
probat, & condemnat. Declarat insu-
per, decernit, & definit, quod pertina-
citer doctrinam hanc perniciosissimam as-
serentes sunt haeretici, & tanquam tales jux-
ta canonicas sanctiones puniendi.

Arque confir-
mat.

§.2. Nos matura deliberatione praeha-
bita, hac nostra perpetua constitutione apo-
stolica auctoritate innovamus, & quatenus
opus sit, approbamus, & confirmamus. Si
quis autem diabolico ausu contrarium at-
tentare praesumpserit, eo ipso anathemate
innodatus existat.

Presentium
publicano Ro-
mae facta sin-
gulos agitat.

§.3. Volumus autem, ut haec nostra
Constitutio ad valvas Basilicae Principis
Apostolorum, & in Acie Campi Florae
Urbis

Dat. die 24.
Januar. 1615.
An. X.

Urbis affixa, ita omnes afficiat, ac si uni-
cuique personaliter intimata fuisset.
Datum Romae apud Sanctam Mariam
Majorem sub Annulo Piscatoris die 24. Ja-
nuarii 1615. Pontificatus nostri Anno X.

CCXLII.

Prohibitio de pecuniis Montium Pietatis
Status Ecclesiastici, ad alium, quam ab eo-
rum erectione destinatum usum, absque
Sedis Apostolicae licentia, quoquo modo
dsponendi.

Hujusmodi Montium institutiones licitas pro-
bavit Leo X. in Constitut. XII. Inter. Tom.
III. Part. III. fol. 408. Et eorum Admini-
strationis rationem Ordinariis locorum red-
dendam esse censuit Concilium Tridenti-
num sess. 25. cap. 9. De Monte autem in
Urbe constituto attende Gregorii XIII.
Constit. CLXXII. Inter. Tom. IV. Par. IV.
fol. 76.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Onerosa pastoralis officii cura, meritis
licet imparibus, nobis ex alto commissa
postulat, ut bonorum quorumcumque mi-
serabilium personarum subventioni desti-
natorum, conservationi consulamus, pro-
ut in Domino conspicimus salubriter expe-
dire.

Causa huius
prohibitionis.

§.1. Cum itaque, sicut accepimus, pec-
unia Montium Pietatis nuncupatorum
Status nostri Ecclesiastici ad usus pauperum
mutuo dandae in alios usus avertantur, &
in dies minuantur;

Prohibitio pe-
cunias Mont-
ium Pietatis,
in alios quam
ab eorum ere-
ctione desti-
natum usum
convertendi.

§.2. Nos huic malo opportuno reme-
dio, quantum cum Domino possumus, pro-
videre volentes, motu proprio, & ex certa
scientia, ac mera deliberatione nostris, uni-
versis, & singulis Montium Pietatis hujus-
modi Praesidentibus, Protectoribus, Defen-
soribus, Administratoribus, Deputatis, &
Officialibus quibuscumque, nec non Com-
munitatibus, Universitatibus, & earum etiam
Officialibus quarumcumque Civitatum,
Terrarum, & locorum Status nostri Eccle-
siastici, quacumque dignitate fulgentibus,
etiam si Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchae,
aut S.R.E. Cardinales, etiam de Latere Le-
gati existant, ne de pecuniis ad dd. Montes
quomodolibet spectant, & pertinent, ac-
tam pro sorte principali a principio illis af-
signatis, quam pro dictae sortis augmento
postea acquisitis, in alios quam pauperum
usus, juxta modum, & formam in erectione
dictorum Montium praescriptam, absque no-
stra, & Sedis Apostolicae licentia, sub quo-
vis pretexto, vel quaesito colore, & cum
obligatione intra quodcumque breve tem-
pus restituendi, disponere praesumant, te-
nere presentium prohibemus.

Contrave-
nientium pec-

§.3. Quod si quis contra hanc nostram
prohibitionem venire praesumpserit, Cardi-
Ball. Rom. Tom. V. Par. IV.

nales quidem, Patriarchae, Archiepiscopi,
Episcopi, suspensionis, aliae vero inferiores
personae excommunicationis sententiam eo
ipso incurrant, a qua non nisi a Romano
Pontifice, praeterquam in mortis articulo,
absolvi possint.

Derogatio
contrarium.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus,
& Ordinationibus Apostolicis, ceterisque in
contrarium facien. quibuscumque.

Fides tran-
sumptorum.

§.5. Volumus autem, quod praesentis
prohibitionis copia, in loco publico Mon-
tium Pietatis hujusmodi, quod ab omnibus
legi possit, continuo affixa remaneat.

Dat. die 5.
Februarii 1615.
An. X.

Datum Romae apud Sanctam Mariam
Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 5. Fe-
bruarii 1615. Anno Decimo.

CCXLIII.

Quae servare debeant Clerici Regulares
Congreg. S. Pauli Decollati in admitten-
dis Novitiis ad habitum, & professionem
Religionis.

Congregationem istam omnium primus appro-
bavit Clem. VII. in Constitut. XLV. Vota.
Tom. IV. Par. I. fol. 103. Deinde confirma-
vit Paulus III. Constit. V. Dudum eodem
Tomo fol. 122. Quae jurisdictione, & fa-
cultates habent Conservatores dd. Congre-
gationis vide Constit. X. Julii III. Ad hoc
eodem Tomo fol. 275. Quae vero ad receptio-
nem, & educationem Novitiorum, attende
etiam Constitut. CXII. Sixti V. Cum de
omnibus. Tom. IV. Par. IV. fol. 370. Et
Constitut. V. Greg. XIV. Circumspecta.
Tom. V. Par. I. fol. 252. Nec non Constit.
CCLXVIII. Clemens VIII. In suprema.
Tom. V. Par. II. fol. 409.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

§.1. Alias fel. record. Sixtus Papa V.
Praedecessor noster modum, &
formam admittendi Novitios ad habitum,
& professionem regularem praescribens, &
antea desuper editam suam Constitutionem
moderans inter alia concessit, ut in qualibet
Provincia saltem duo, vel si commode
fieri posset, tria, aut plura Monasteria, seu
Domus Regulares deputarentur, quarum-
seu quorum superiores infra annum saltem,
ad inquisitionem super Novitiis facien., &
ad ipsos religiosos juxta formam ejus prio-
ris Constitutionis recipiendos, & alia in ead-
dem Constitutione contenta peragenda insi-
mul congregarentur, prout in ejusdem Sixti
Praedecessoris sub plumbo desuper expeditis
litteris, quarum tenores praesentibus pro ex-
pressis haberi volumus, plenius continetur.

Sixtus V. for-
mam recipi-
endi Novitios
ad Religio-
nem praescri-
psit.

§.2. Cum autem, sicut dilecti filii Prae-
positus Generalis, & Clerici regulares Con-
gregationis Clericorum Regularium Sancti
Pauli Decollati Nobis nuper exponi fe-
cerunt, ipsi Novitios ad habitum, & pro-
fessionem praedictos juxta litterarum praedi-
ctarum tenorem, non nisi magno cum in-
com-

Cujus Ponti-
ficis menti fa-
ctis menti vide-
tur, ex inqui-
sitione, qua
ista Clericorum
Congregatio
facta, le-